



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Thomas de Montoya.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

conuerterat, in aurea domo,  
cuius vestibulum duo adole-  
scentes lucidi occupabant.  
Illuc visus est permultos in-  
troducere Gundisaluus. Pe-  
tebat & illa eò ab illo, ceu  
noto suo ac spirituali olim  
Patre, admitti, atque indu-  
ci:at Gundisaluus; Necdum,  
iaquit, est tempus: neglexisti  
plura quæ à me didicisti: &  
particulatim in confessione  
hoc atque illud (& quædam  
illi peccata singillatim sug-  
gerebat) omisisti. Euigilauit  
illa: & accersito quodam è  
Societatis Patribus, tam ea  
quæ viderat, quàm deinde  
omnia totius vitæ peccata  
nullo voluntariè prætermis-  
so, syncerè aperuit.

*P. Thomas de Montoya.*

*Indus  
ē noua  
Hispania.  
Manilæ  
14. Iulij.  
1627.  
aetate: 59.*

*Q. à tyrones, quæ Indos in  
scholis, quæ populum palam  
dō-*

*Disce à  
mortua.*

*Confessio.  
Negligen-  
tia.*

docendo magnos labores  
exantlauit per annos plus  
quàm 30. istic exactos. Apud  
Bafaias propinatum illi ve-  
nenum ferunt ; quo labefac-  
tatus , longâ in morte vixit,  
labore tamen improbo. Aie- *Fides.*  
bant Indi ; sibi purum casti- *Castitas.*  
moniæ amorem eius aspectu  
affari. Mira fuit eius in si-  
lentio arctè seruando reli-  
gio, & verborum parsimonia *Lingua.*  
cùm esset loquendum. Pran-  
debat parcè ; nec cœna-  
bat . Per plures hebdoma-  
das coactus est sedere , nullâ  
ferè interspiratione quietis  
ab asthmate , quod è vene-  
no sibi propinato accepe-  
rat. Interea tamen fuit Tho-  
mas semper & zeli , & ma-  
gnæ patientiæ suæ compos ,  
eo solatio , quòd , in fidei  
odium , fuisset odio apud il-  
*Fides.*  
lam.

Iam gentem cui Christum  
prædicarat.

*Philippus Nottin. Coad.*

*Belega.  
Enarrati.  
24. Iulij.  
1633.*

*Fides.*

Ab hæreticis in fidei Ca-  
tholicæ odium Crucis ferreæ  
insidere iussus, manibus pe-  
dibusque per extremos di-  
gitos ad tergum revinctis,  
& manicarum ac pedicularum  
aculeatarum tormento dirè  
insertis. Collo innexum erat  
collare ferreum, trifariam  
aculeis consertum, quorum  
alij regi eminebant, alij sur-  
sum, deorsum alij vergebant;  
igne quoque quo ipse lentè  
torretur, admoto. Vbi v-  
sta pellis ibat in bullas & pu-  
stulas, illis ferro apertis ace-  
tum cum fale ac pyrio pulue-  
re infudere. Sic per decem  
iphas horas cruciatus Philip-  
pus, capite deinde plexus  
est, obtentu proditionis, re-

ip-